a malo et fac bonum inquire pacem et
persequere eam Oculi domini super iustos et au
res eius in preces eorum Vultus autem domini
super facientes mala ut perdat de terra memo
riam eorum Clamaverunt iusti et dominus
exaudivit eos et ex omnibus tribulationibus
eorum liberavit eos Iuxta est dominus hiis qui
tribulato sunt corde et humiles spiritu sal
vabit Multe tribulationes iustorum et de
omnibus hiis liberabit eos dominus Custodit
dominus omnia ossa eorum unum ex hiis non contere
tur Mors peccatorum pessima et qui oderunt
iustum delinquent Redimet dominus
animas servorum suorum et non delinquent om
nes qui sperant in eo Ps
Iudica domine nocentes me expugna im
pugnantes me Apprehende arma et scu
tum et exurge in adiutorium mihi Effunde
frameam et conclude adversus eos qui
persequuntur me dic anime mee salus tu
a ego sum Confundantur et revereantur
querentes animam meam Avertantur